cantur:reclamantibus parentibus & amicis: & ohe ac satis superq; vixre bene cœpta dictitantibus. quæstuosa enim iam studia capessenda: & ad leges migrandũ. Ita quintũ post annũ nõ iam papinianistas sed papinianistros videmus:atq; etiã velut somno beatos ac papinianos effectos. Qq̃ si vere æstimare velimus:quotus iam quisq; eorũ iurisperitus fieri cupit? Plęriq; enim formularii fieri contenti nõ iurisconsulti:iuris ciuilis finẽ nõ legitimę atq; vsitatę in causis rebusq; ciuiũ æqualitatis cõseruationẽ esse putant:sed aut sordidã meritorię & veluti prostantis vocis altercationẽ: aut stili mercenarii saccularią illã operã. Neq; vero id ideo dicimus quasi omnes huius instituti homines vna pertica (vt dicitur) metiri velimus: quosdã enim nouimus & grauiter & ingenue aduocationũ officia pstantes:quorũ partim eo nomine magnã gloriã adepti ad primarios ordines euaserunt:partim in eodẽ vitæ instituto permanentes:eo nominis peruenerunt:vt e limine egrediẽtes consultorũ litigatorũq; frequẽtiã veluti salutatorũ habeant:magnasq; necessitudines officiosis patrociniis aduocationibusq; cõquisiuerint.nunc etiã videmus clariorũ aduocatorũ ordinẽ seminarium esse amplissimę curiæ. Verũ honestatis horum splendor: sordibus eorũ obruitur qui se capturis ex professo etiã mancipauerũt: quæ multo maxima pars est hius generis: non iam honorarium aduocationis comiter accipientes:sed operarũ mercedem chartulatim æstimantes efflagitantesq; procacissime. Horum illud inuentum sane bellissimũ literis trientalibus scribere sesquipedalibus versuũ interstitiis:credo vt clarius iudices possent iustitiã eorũ iuraq; litigatorũ cernere. In vniuersum autẽ qui hunc finem professionis suæ non modo non negant: sed etiã gloriabũdi prædicant:quonã modo iuris se ciuilis studiosos esse defendent: cũ omnia sua causa faciant nõ ciuiũ? vt quadam epistola Cicero iocabũdus ad Trebatium iurisconsultum scribit.

Ex.l.posteriore de origine iu.

Demarati filius.

¶Qui fuit illis temporibus quibus superbus Demarati Corinthii filius. Hoc in loco hallucinatus est Pomponius: aut error est audaculi cuiuspiã emendatoris. Non enim Tarquinius Superbus Demarati filius fuit:sed Tarquinius Priscus:vt ex Liuio constat libro primo ab vrbe cond. Cicero libro quinto Tusculanarũ:Demaratus (inqt) Tarquinii regis nostri pater tyrannũ cypsellũ qd̃ ferre non poterat:fugit Tarquinios Corintho & ibi fortunas suas cõstituit. Plini? lib. trigesimoquarto Demaratũ (inqt) Tarquinii Prisci Romani regis patrem. Quod vero hic dicitur de legib? curiatis ita intelligendum:vt lex curiata dicatur a curiatis comitiis vt cẽturiata lex a centuriatis. De quibus Gellius libro decimoquarto:& Cicero libro tertio de legibus:& in orationibus non semel.

Ex eadem lege.

Fastorũ diuulgatio.

¶Gneus Flauius scriba surreptũ librũ populo tradidit. Meminit huius historiæ Liuius libro nono ab vrbe condita circa finẽ. De hoc Flauio Cicero pro Murena. Posset agi lege necne (inquit) pauci quondã sciebant. Fastos enim vulgo non habebant. Erant in magna potentia qui consule-